Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35046
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

omnes homines preter religiosos mo
rerentur, posset credi probabiliter
quod completus esset numerus electorum, et quod
ultra nullus obligaretur ad ma
trimonium consumendum vel contrahe
dum. Cancellarius parisiensis Ger
son in Tractatu preceptorum
moralium dicit: Facilius est sepe
ab opere carnali totaliter abstine
re, sicut in virginibus et viduis,
quam modeste maritalem copulam
exercere, sicut febris potu et scabies
flatu, pruritus a tactu tanto
magis accendunt. Et sciendum
quod concupiscentia quedam legitima
est. Et ideo qui ab ipsa impeti
tur talis sit. Cui autem superat
per incontinentiam, utitur, et apostolus
prime ad corinthios 7°. Utitur opa
cione allusitica ex concupiscen
tia viri malum est simpliciter
sed nube non tamen est sensus magis
eligibile est quod est magis bonum
quam quod hoc malum vitiat. Hec
ille ibidem. Sed occurrit circa dic
ta aliud dubitabile. An re
motis tribus superdictis causis
coniugalis copula prohibeatur isto
precepto quod prohibet coitus illici
tus. Respondet Alex. de hal. in suo
3°. Quod coitus coniugalis alius est
licitus, alius permissus, alius prohi
bitus. Licitus est ex triplici cau
sa, ut supra patet. Permissus vero
est coitus ex fragilitate seu

infirmitate carnis proveniens
in quo querit coniugalis delectatio
sed sub deo, ut dei amor preponatur
tur illi delectationi. Et iste coitus
venialis est, tamen ne fiat causa
prolis nec reddendi debitum nec
vitande fornicationis sed causa
delectationis tamen in coniuge propria
et non in aliena. Unde dicitur 32 ca
q. 2. Iuxta Augustinum et
apostoli. Institutio coniugii primo est in
paradiso facta. 2° extra paradisum
facta est ut infirmita prona
in ruina turpitudinis honesta
te exciperet coniugii. Et Augustinus
de adulterinis coniugiis: Venialis
nalis, si ultra modum prolabitur
in uxore, quidam est veniale,
in meretrice vero damnabile.
Prohibitus vero coniugalis est qui ex
voluntate subiecta libidini con
tra honestatem coniugii et ordine
rationis procedit, ut istud quod fit
ad saciandam libidinem per me
tricias blandicias. Secundum quem
modum dicit Ieronimus: Nichil fedius
quam uxorem amare quasi adulte
ram. Concludit Alex. de hal.
post plura dicens: Concedendum
ergo est quod coniugalis copula est
prohibita, tunc est apta saciandam
libidinem per meretricias blan
dicias. Et tunc fit preter naturalem mo
dum, tunc in statu prohibito, ut
tum uxore vicina partui vel
existente in fluxu menstruo,